

Adolphus Retzius


**In Funus Augustissimae Principis, Sophiae Charlottae, Borussorum Reginae,
Quae Vitam cum morte commutavit Hanoverae, Ipsi Kalendis Februarii, Et cum
incredibili Regiae magnificentiae apparatu ac pompa sepulta est Berolini XXVIII.
Iunii MDCCV.**

Coloniae Marchicae: Liebpertus, 1705

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829738223>

Druck Freier  Zugang





Zur Duffig
P. Hoffm.

Bi. ¹⁰ aufgetheilt
Rudolphus Gippes.

Rf-7538⁴⁵(1) cum annexis.

44

IN FVNVS
AVGVSTISSIMAE PRIN-
CIPIS,
SOPHIAE CHAR-
LOTTAE,
BORVSSORVM REGINAE,

Quae

Vitam cum morte commutavit Hanoverae,
Ipsis Kalendis Februarii,

Et cum incredibili Regiae magnificentiae apparatu
ac pompa sepulta est

Berolini XXVIII. Junii
CICCCV.

COLONIAE MARCHICAE,
Typis ULRICI LIEBERTI, Regii Typographi.



Ullatum celebrat mors importuna triumphum
Funerea taxo tempora cincta gerens:
Pro plausu gemitus, miserae reboantque querelae,
Ac stridunt cunctis murmura moesta locis.
Auratae valeant vestes, & murice tinctae;
Non oleant unctae cinnama amoena comae;
Magnatumque tegat nigrescens corpora amictus:
Scilicet est aptus luctibus iste color.
Extincta est regni pars maxima: Regia Conjux,
Eheu, immaturum mortis adivit iter!
Cui fatum, ex meritis, cessit diadema Borussum,
Nunc fati duras cogitur ire vias!
Hei mihi, sic quicquid pulcrum, fera Numina, Parcae
Audent ferali contemerare manu!
Longe Illa exsuperat Divum genus Heroinas;
Illa habet aethereae signa verenda Deae.
Illam dum spectas, spectatur regia Juno,
Cum portans sceptrum conspicienda venit.
Ingenio similis doctae est vultuque Minervae,
Ingenio magnos exsuperante viros,
Cum Sophiae libros volvit monumenta vetustae,
Sive tuos Latium, Graecia sive tuos:
Nec tantum antiqui novit dictamina seculi,
Scripta sed & nostris condita temporibus.
Euphrosynenque refert hilaris, frontique serenae
Nulla adsunt torvi signa supercilii.
En Veneris formam, formae cum cernis honores,
Pastore & Phrygio iudice talis erit.

Adde

Adde manu cytharam, jures Helicone creatam.
Dianam lateri juncta pharetra facit.
Ingenii & formae referam quid munera? nostro
Non sunt, pro meritis, haec referenda sono.
Omnia verum uno liceat comprehendere verbo:
Ingens ut Mater, talis & Illa fuit,
Mater, Cui Divum genetrix Berecynthia cedat:
Cum tulit Hanc, cunctas protulit Illa Deas.
Haec sed foeminei periit nunc gloria sexus;
Cogimur & nunc hoc dicere triste: fuit!
Ille oris splendor, oculisque afflata venustas,
Majestas vultus & veneranda, fuit!
Ergo Pater Patriae falsas in lumina lymphas
Solvit, &, heu! partem plorat abesse Sui.
Invictum Regem moeror nunc vincit acerbus.
Is merito in lacrymas, Rex FRIDERICE, piis!
Et splendor pompa, monumenta, & nobile marmor,
Qualia vix Phariis conspicuntur agris,
Sunt, Rex Summe, Tui praegrandia signa doloris:
Implet perfectos sic pietas numeros.
Mausoli saxis Carum regina mariti
Extendit nomen secla per ampla sui.
Tu Majora Tuae statuis monumenta Maritae:
(Extingui Lethes flumine nescit amor)
Lutzenburgensi, Conjux quam condidit, arcis
Uxoriam de nomine nomen erit.
Quod domus alta fuit tantum, nunc crescit in urbem;
Reginae ut tantae nomine digna foret.
Hanc Tibi non sterilis conjunxit foedere lecti,
Aet exoptata Prole beavit amor.
Brennigenae gentes, & quicquid in orbe Borusso est
Ingemit, ut queritur Daulias ales Ityn.
Dicitur & lacrymis Spraeae quoque crescere flumen,
Nec solitus lymphas alveus ipse tenet.
Hanovera, ob funus tantum, disrumpit amictus,
Impetus & pulcrum est vellere caesariem:
Ergo, heu, Quam fovi, clamat, tradenda sepulcro est!
Plura negat moeror, corde tremente, loqui.
Infaustae flete o terrae, cum lumine vestro
Dictarunt nentes invida busta Deae!

Sed

Sed vos, o mentes, cingit quas purior aether,
Gaudete ! Haec vestro est pars nova facta choro !
Haud locus obscurus Te, Praestantissima Princeps,
Imperjuratae nec tenet amnis aquae ;
Te clari retinet stellatus limes Olympi,
Regibus & Proavis is comes usque Tuis,
Dulcis ubi requies, atque intemerata voluptas,
AEtheris & spirat largior aura Tibi.
Ipsa novum fidus, magnum decus addita coelo es,
Et vibrans radios ora serena geris.
Inque Salutiferi conspectu carmina Christi
Cantas, sed nostris non referenda modis.
Interea tumulo flores pia terra ministret ;
Ac ver perpetua fronde coronet humum ;
Pallentes violae, atque argentea lilia bustum
Ornent, Nymphaeum textaque ferta manu ;
Hic spiret fragrans quicquid benevolentibus arvis
Colligit innumeri dives adoris Arabs.
Sed locus hic sacer est : fistas quicunque viator,
Reginae ac dicas ossa quieta cubent.
At Tu Prussorum Dominator & Arbiter ingens,
Præsidium Europæ, Teutoniaeque decus :
Et pietas, cultusque Dei, Quo fospite, fulget :
Cujus in imperio fasque piumque vigent :
Cujus sub ductu Musis tribuuntur honores :
Qui Proavos superas Marte Togaque Tuos :
Longum sis regno, toti Europaeeque superstes,
Atque poli ferò regna beata petas ;
Regna beata poli, Condux ubi Regia regnat
Nunc Tua, & aetherea diffluit Ambrosia.
Et Tu, Materna Cui splendet imagine vultus,
Effigiem Matris Qui quoque mente geris :
Artes, a teneris, belli pacisque colendas
Quem docuere simul Musa, Minerva, Charis,
Princeps, Prussiaci Rex o quandoque future
Imperii, vivas Tu valeasque diu !
Herculis in morem, fesso ut succedere Atlanti
Et regni molem sustinuisse queas !

Trajecti Batavorum,
MDCCLXXV.

Adolphus Rétzius.

17. Apr. 1955

28. Mai 1956



dde manū cytharam, jures Helicone creatam.
Dianam lateri juncta pharetra facit.
genii & formae referam quid munera? nostro
Non sunt, pro meritis, haec referenda sono.
mnia verum uno liceat comprehendere verbo:
Ingens ut Mater, talis & Illa fuit,
later, Cui Divum genetrix Berecynthia cedat:
Cum tulit Hanc, cunctas protulit Illa Deas.
Iaec sed foeminei periit nunc gloria sexus;
Cogimur & nunc hoc dicere triste: fuit!
Ille oris splendor, oculisque afflata venustas,
Majestas vultus & veneranda, fuit!

Patriae salsas in lumina lymphas
&, heu! partem plorat abesle Sui.
Regem moeror nunc vincit acerbus.
itò in lacrymas, Rex FRIDERICE, pias!
or pompa, monumenta, & nobile marmor,
a vix Phariis conspicuntur agris,
Summe, Tui praegrandia signa doloris:
et perfectos sic pietas numeros.
axis Carum regina mariti
ndit nomen secla per ampla sui.
ra Tuæ statuis monumenta Maritae:
(ngui Lethes flumine nescit amor)
urgensi, Conjux quam condidit, arci
ris iam de nomine nomen erit.
mus alta fuit tantum, nunc crescit in urbem,
nae ut tantae nomine digna foret.
oi non sterilis conjunxit foedere lecti,
exoptata Prole beavit amor.
nae gentes, & quicquid in orbe Borusso est
mit, ut queritur Daulias ales Ityn.
& lacrymis Spraeae quoque crescere flumen,
solitus lymphas alveus ipse tenet.
ra, ob funus tantum, disrumpit amictus,
oetus & pulcrum est vellere caesariem:
ru, Quam fovi, clamat, tradenda sepulcro est!
ra negat moeror, corde tremente, loqui.
e flete o terrae, cum lumine vestro
tarunt nentes invida busta Deae!

Sed

